

¶ Sed significatio eius ex eo q̄ cōmiscet̄ signo arietis quādo est ei equidistans significat inundationes fluminū z diminutionē annone . Et si apparuerit in eo significat apparitionē gaudij z leticie z bonum in mundo z q̄ euadent multi a carceribus z liberatiōnem magnatuz z nobilium z bonam miseratiōnem regum cum nocumento eorum.



¶ Et si fuerit equidistans signo thauri significat multas tristicias z cedem z ictericiam z siccitatē z dolores aduenire hominibus cū nocumento quod consequent̄ homines z multas pluuias z uehementiā frigoris z diminutionē annone z potus z fructuū . Et si fuerit apparēs in eo sigt̄ bonas cogitationes hominū z corroboratiōnem gaudioz leticiarū cum mulierib⁹ z multos boues z saluatiōes reddituū hereditatū z multas herbas.



¶ Et si fuerit equidistans signo geminoz sigt̄ illud multas aduenire mortalitates hoib⁹ z egritudies z bubones cū superfluitate pluuiay z destructionē aduenientem vino. Et si apparuerit in eo significat q̄ aduenient hominibus egritudines melācolice z demoniaticē z insania cum pauca morte z saluatione anium z flatus ventoz male cōmixtionis cum uehementia frigoris hyemalis.



¶ Et si fuerit equidistans signo cancri significant q̄ accidēt regi motus z itinera z gaudebit plebs p̄ hoc z fortasse castigabit rex hominē quē timet plebs fortiter :cum siccitate z fame hominibus adueniente et paucitate pluuiarū. Et si apparuerit in eo significat equitantes mare euadere a submersiōne z timorib⁹ z multas aquas z pisces z saluationē reddituū hereditatum.



¶ Et si fuerit equidistans signo leonis sigt̄ renouationē regni z permutabit̄ rex de regione ad regionē cum prosperitate esse plebis cum eo z multam bestiarū venditiōnem z prosperam dispositiōnem fructuū . Et si apparuerit in eo significat reges expendere pecunias cum multitudine lucroz plebis z dedicatiōnem multozum hominū quozum esse fuerit debile z euadent plures eoz ab angustijs.

